Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



AD GA

uersus promissa dei. Absit. Si n-
data esset lex que posset uiuificare
uere ex lege esset iustitia. Sed con
clusit scriptura omnia sub peccato
ut promissio ex fide iesu cristi
daretur credentibus. Prius autem
quam ueniret fides sub lege custo
diebamur conclusi in eam fidem
que reuelanda erat. Itaque lex peda
gogus noster fuit in cristo iesu
ut ex fide iustificemur. At ubi uenit
fides iam non sumus sub pedagogo
Omnes enim filii dei estis per fidem q̃
est in cristo iesu. Quicumque enim in
cristo baptizati estis xpm induis
tis. Non est iudeus neque greecus
non est seruus neque liber non est ma
sculus neque femina. Omnes enim
nos unum corpus estis in ihesu.
Si autem uos unum estis xpi ihesu
ergo abrahe semen estis secundum
promissionem heredes.

IIII

Dico autem
fratres. Quanto tempe
heres puerulus est nichil
differt a seruo cum sit dominus
omnium sed sub tutoribus et acto
ribus est usque ad prefinitum tem
pus patris. Ita et nos cum essemus
parruli sub elementis mundi
eramus seruientes. At ubi uenit
plenitudo temporis misit deus fi
lium suum factum ex muliere factum
sub lege ut eos qui sub lege erant
redimeret ut adoptionem filiorum
recipiamus. Quoniam autem estis
filii dei misit deus spiritum filii s
ui in corda uestra clamantem abba
pater. Itaque iam non est seruus sed
filius. Quod si filius et heres per deum.
Sed tunc quidem ignorantes deum
his qui natura non sunt dii seruiebatis
nunc autem cum cognouistis deum im
mo cogniti sitis a deo quomodo conuer
timini iterum ad infirma et egena e
lementa quibus denuo seruire uul
tis. Dies obseruatis et menses et tem
pora et annos timeo autem uos ne forte
sine causa laborauerim in uobis. Estote
sicut et ego quia et ego sicut et uos
fratres. Obsecro uos nichil me lesistis.
Scitis autem quia propter infirmitatem car
nis euangelizaui uobis iam pridem
et temptacionem uestram in carne mea non
spernistis neque respuistis sed sicut an
gelum dei excepistis me sicut xpm ihe
sum. Vbi est ergo beatitudo uestra. Tes
timonium enim perhibeo uobis quia si fi
eri posset oculos uestros eruissetis et de
dissetis mihi. Ergo inimicus factus
sum uobis uerum dicens uobis. Æ
mulantur uos non bene sed excludere
uos uolunt ut illos emulemini. Bon
autem emulamini in bono semper et non tan
tum prsens sum apud uos. filioli mei
quos iterum parturio donec reformetur
christus in uobis. Vellem autem esse
apud uos modo et mutare uocem me
am quoniam confundor in uobis in uob
Dicite mihi qui sub lege uultis esse
legem non legistis. Scriptum est enim
quoniam abraham duos filios habuit
unum de ancilla et unum de libera. Sed
qui de ancilla secundum carnem na
tus est. Qui autem de libera per repro
missionem est. que sunt allegoria